



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Cap. XXIII. Svperia Longe A Clericis absit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

ipsis maxima essent, effugiant, vt eorum actiones cunctis afferant venerationem. Illud etiam meminerint Clerici quod ait Poëta: *Omne animi vitium tanto conspectius in se Crimen habet, quanto maior, qui peccat habetur. Crescit enim delicti cumulus, vt ait S. Isidor. lib. 2. de summo bono cap. 18. iuxta ordinem meritorum: & sæpè quod minoribus ignoscitur, maioribus imputatur.*

Neus in e- S. Et Hilarius Papa 75. quaest. 1. c. 4. Nulli. Meminimus, *gregio cor-* inquit, quod timere debemus, qualiter Deus comminetur ne- *pore facili-* gligentia Sacerdotum: siquidem maiore reatu delinquit, qui *us animad-* potiori honore fruitur: & grauiora facit vitia peccatorum sub- *ueritur.* *limitas peccantium.* Et S. Leo epistola 84. ad Anastasium, & *habetur dist. 23. c. 2.* Omnium Sacerdotum tam excellens est *electio*, vt hec qua in aliis Ecclesie membris non vocantur ad *culpam*, in illis tamen habeantur illicita. Et S. Hieron. ad 3. *sap. Michea*, & habetur 1. quaest. 1. caus. 44. Hi quos- *cunque.* Reuera, ait, qui ad hoc eliguntur, vt ceteris praesint, *sicut praordinantur dignitate*, sic praeminere debent sanctitate. *Alioquin cur ceteris preferuntur, qui nulla meritorum gratia à* *ceteris assumuntur?* Nunc ad ea peccata, quæ Ecclesiasticis fugienda sunt, singillatim explananda accedamus.

C A P. XXIII.

SVPERBIA LONGE A CLERICIS ABSIT.

Superbia S. **S**uperbiam, quæ est peruersa celsitudinis appetitus, & ma- *incommo-* **S**le voluntatis initium, vt docet S. August. lib. 14. de ciu. *da.* Dei cap. 13. virtutum expultrix & meritorum extinctio *Matth. 6. v. 2. 5. 16. Matth. 6. v. 2.* Cum ergo facis eleemo- *synam, noli tuba canere ante te, sicut hypocrita faciunt in Syna-* *gogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus: Amen dico vo-* *bis, receperunt mercedem suam. v. 5. Et cum oratis, non eritis,* *sicut*

sicut hypocrita, qui amant in Synagogis & in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus: Amen dico vobis receperunt mercedem suam. v. 16. Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocrita tristes, exterminant enim faces suas, ut appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. Omnis peccati initium & Deo hominibusq; odiosum. Eccle. 10. v. 7. Odibilis coram Deo est & hominibus superbia: & execrabilis omnis iniquitas gentium. v. 15. Quoniam initium omnis peccati est superbia qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis, & subuertet eum in finem, ut exitialem pestem omni contentione fugiant. Oportet enim ex Apostoli sententia Tit. 1. v. 7. Clericum superbum non esse. S. Hier. l. 1. aduersus Pelag. c. 8. vertit, non proteruum, alii contumacem, non sui sensus tenacem, non praefractum, non durum, non asperum, &c. Et 1. Tim. 3. v. 6. Suadet & praecipit Sacerdotio non initiandum Neophytum, ne in superbiam elatus in iudicium incidat Diaboli, hoc est, ut S. Chrylost. hom. 10. in hanc epist. ne in eandem incurrat damnationem, quam ille per arrogantiam pertulit.

S. Cujus daemones ob animi elationem sempiternis suppliciis addicti exemplo & suos ab arrogantia discipulos deterret Saluator Lucae 10. versic. 17. 18. 19. 20. Reuersi sunt autem Septuaginta duo cum gaudio dicentes: Domine, etiam Daemones subiiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis vers. 18, 19. 20. Videbam Satanam sicut fulgur de caelo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit. Verum amen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subiiciuntur: gaudete autem, quod nomina vestra scripta sunt in caelis. Laudat diuinum patrem, quod Christianae religionis mysteria ab inflatis illis & insolentibus abdiderit Matth. 11. vers. 25. Confiteor tibi Pater, Domine caeli & terra, quia abscondisti haec a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et se efferenti regni caelestis interclusionem & ad inferos usque dejectionem

Cc com

S. Ioannes
Climachus
gradu 22.
Superbus vi:
daemones se-
quistur pec-
catum, ita
necesse effu-
git suppli i-
um
De Neoph. y-
10 D. 48. 10-
ta.

comminatur Matth. 11. ver. 23. c. 18. v. 3. Et tu Capernaum, numquid vsq; in cœlum exaltaberis? vsque in infernum descendes. Matth. 18. v. 3. Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Matth. 23. v. 12. Qui autem se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur.

Superbia maiorum ilias.

§. De hoc crimine ita Sanctus Ioannes Chryostomus homil. 15. in Matth. Profecto mala maxima, & que toti ferè orbi intulere perniciem de superbia mentis exorta sunt: quandoquidem ille, qui talis certè ante non fuerat, per hoc Diabolus effectus est: quod etiam Paulus significando dicebat 1. Timoth. 3. ne in superbiam elatus in iudicium incidat & in laqueum Diaboli. Et primus ille homo his à Diabolo spebus inperbia lapsus, postquam se arroganter extulerat, cecidit in mortem. Dominum enim se credens futurum, etiam quod habebat, amisit. Hoc enim ei & Dominus exprobrans & stultitia eius insultans ait: Ecce Adam factus est, sicut vnus ex nobis. Cateriq; postea hinc ad impietatis precipitia deuiarunt.

Adamus superbia lapsus.

§. Quocirca filium suum hortabatur S. Tobias c. 4. v. 14. Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas, in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. Iterum B. Chryost. hom. 8. in Ioannem. Nihil, ait,

Superbia labes & pernicius virtutum.

tam alienum à diuino amore hominem reddit, nihil tam facile in gehennam intrudit, quam superbia insania, sub qua omnis vita nostra immunda est, quamuis pudicitia, virginitate, ieiunio, orationibus, elemosyna, quamuis omni deniq; virtute prestemus. Immundus, inquit, apud Deum omnis superbus.

§. Dauid Rex nullum cum superbo homine commercium habere voluit Psal. 100. v. 5. 7. Superbo oculo & insatiabili corde cum hoc non edebam. Non habitabit in medio domus mea, qui fecit superbiam, & Christus Dauidis in dō & Dei filius in domo sua, in Ecclesia feret superbum clericum & cum illo cœleste sui corporis & sanguinis inibit conuiuium? Non faciet. Quia abominatio est Domino omnis arrogans. Prouerb. 16. ver. 5. Quæ conuentio Christi

Christi

Christi ad Belial 2. Cor. 6. v. 15. Superbus vero & sibi Damon
& inimicus est, vt ait B. Ioannes Climachus gradu 22.

C A P. XXIV.

OMNEM SUPERBIE MODVM
ac specie abhorreant Eccle-
siastici,

§. Hoc scelus scelerumq; omnium semen & caput
vivent corde, ore, opere, habitu, his enim qua-
tuor modis committitur superbia, vt docet S. Bernard.
serm. 3. ex paruis sermonibus dum magnifice de se sentit & lo-
quitur homo, dum facto & splendido ornatu, vt magnus &
gloriosus habeatur procurat.

§. 1. Aduersus animi tumorem est istud Apostoli *Mentis ar-*
Rom. 11. v. 20: Noli altum sapere, sed time. Et Rom. 12. v. 16. *rogantia.*
Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Philip. 2. v. 3.
In humilitate superiores sibi inuicem arbitantes, monetque
Timotheum 2. ep. 3. sui amantes homines, elatos, superbos,
denuet: nam qui communicauerit superbo induet superbiam.
Ecl. 13. v. 1. Et Isa. 5. v. 21. va qui sapientes estis in oculis vestris
& coram vobismetipsis prudentes. Matt. 11. v. 29. Discite a me
inquit Dominus, quia mitis sum & humilis corde.

§. 2. Contra sermonis arrogantiam, qua iactan- *Verborum*
tia dicitur, & est inanis ac stulta de seipso praedicatione *iactatio.*
est istud Apostoli monitum 2. Cor. 16. v. 17. 18. Qui glo-
riatur in Domino gloriatur. Non enim qui seipsum commendat
ille probatus est, sed quem Deus commendat Philip. 2. v. 3. Ni-
hil per contentionem, neq; per inanem gloriam. Psalm. 11. v. 3.
4. Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa & linguam mag-
niloquam. Qui dixerunt: Linguam nostram magnificabimus,
labia nostra a nobis sunt (id est faciunt) quis noster Dominus *Impii san-*
est? Prou. 27. v. 2. Laudet te alienus & non os tuum, extraneus *cia in lingua*
& non labia tua. S. Amb. Comm. in Luc. ad c. 22. & habetur 6.
quast. 1. cap. 10. Imitare Petrum. §. Sciamus neminem iactare
se de-